

III. de iust. q. vi. art. 5. conclusi. i. & 2.
Bannez 2. 2. qu. lxiiii. art. 6. dub. 6. conclusi.
2. & 3. Prado Tom. II. Lib. VI. q. vi. artis.
n. 16. Tapia Tom. II. Lib. VI. q. vi. artis.
2. Valquez opus. mor. tract. de Ronef. c. 11.
§. 3. Cajetanus ver. Officior. venalitas. Lef-
fus Lib. II. cap. xxxxi. dub. 4. n. 325. &
plures alii. Salmanticensibus laudati.

X. Quæst. II. Sant ne secularia officia di-
gñoribus conferenda? Rep. In superiori
questione sermo nobis fuit de officiis que
propria sunt ipsorum Principium, seu Reipu-
blice, & supreme Potestatis: in prefatis of-
ficiis illa ad examen venient quæ subditi
conferenda sunt vi iustitiae distribuentis, tam-
quam præmia simul, & ministeria ab illis
exercenda.

XI. Convenit penes omnes, eligentes in-
dignos peccare mortaliter, quia maximum
damnum inferunt Reipublice. Dignum eli-
gendum esse, nemus est qui ambiat. Dispu-
tant vero, si ne eligendis dignior, an satius
sit eligere dignum, digniore neglego. Pri-
ma tentativa defendit, fatis esse eligere di-
gnum, nullo ad digniorum habito respectu
eo quod hæc officia non sunt iustitiae, tan-
quam ministrorum præmia, sed in bonum
Reipublica, & funtque eiudem Principatus
propricia.

XII. Opposita probabilior, milique ve-
ra, tentativa digniorum eligendum docet ad
ministeria Reipublica, putat regendas civi-
tates, provincias, regna, & alia officia, seu
dignitates inferiores. Quenam haec officia
sunt iustitia & in optimum Reipublica re-
gimen, & in præmia subditorum. Sunt e-
xim & honorifica, & utilia. Porro bona
communia Principatum dignioribus tribuenda
sunt, ut ipsa naturæ ratio dictat, præteri-
bitque. Principes, Reges, Republicæ, &
suprema Potestates omnes iure naturali, di-
vinæ tenentur promovere scientiam, in-
stitutionem, pacem, & felicitatem subditorum.
Hunc vero finem vere asequi haud possunt,
nisi digniores ministri eligant. Cum enim
nullus homo sit numeris omnibus prædictus
ad gubernandum humanum genus; sed cu-
junque capacitas, & aptitudine inferior tempe-
fit ad tantum munus cumulatissime implemen-
dum: parum curaret Reipublica felicitatem,
seu non interdet finem propriam supremæ
Potestatis, si mediis validioribus contemptis,
minus apta feligeret. Regnum, Principatu-
m, & Res publicarum decrementa, &
iactura ex ineptis ministris proficiuntur.
Accedit supremas Potestates non polere ab-

solutio, arbitrio dominio in Principatu, seu
Regno dirigendo; sed has conditione strava-
to, ut videlicet in communem Republicam
utilitatem, & commodum omnia admini-
strent, procurent, ac disponant. Hanc sen-
tentiam defendit Dominicus Soto Lib. II.
de iust. q. vi. art. 4. Salomon 2. 2. qu.
lxiii. art. 2. contr. 9. Bannez 2. 2. q. lxix.
2. dub. 6. conclusi. 1. Leffus Lib. II. cap.
xxxii. dub. 3. Salmanticensis tract. xxiv.
cap. unic. punct. 6. §. 2. n. 104. & alii penes
iplos.

XIII. Prioris tentativa fundamenta nulla
sunt. Siquidem principium cui innititur opini-
o illa, nempe recentia officia propria esse
Principium, & non communia, sicutum omni-
e sunt. Sunt enim iustitiae primum in bu-
num commune Republica, deinde in pre-
mium civium de Republica optime meritorum
Quod repounit, postea dicit officia a
Principe vendi, atque adeo ad libitum illis
conferri quibus Princeps maluerit, sicutum pati-
re est. Quamvis enim vendere Princeps
valeat quadam officia que mere executionis
sunt, quæque propria sunt ipsius Principis
ministeria; tamen que iurisdictionem anne-
xam habent, vendere nequaquam potest, ut
supra probatum est. Et idem ipsi Theologi
qui vindicationem officiorum iustitiae absolute
defendent, addunt requiri ut venditio utilis
sit, & necessaria bono communi Reipublicæ.
Hoc autem nunquam accidit in vindicatione
officiorum de bunc nunc sermo est.

XIV. Subditorum erga Principes, supre-
malique Potestates officia sunt reverentia,
honor, & obedientia. Obvia sunt divina te-
stimonia qua id evincent. D. Petrus Epist.
L. cap. 11. Subiecti igitur electi omni humanae
creature propter Deum; five Regi; quasi pre-
cessenti; five discibus, tangunt ab eo missis...
Deum timete, Regem honorificate. Et S. Paulus
Epist. ad Hebre. cap. xiii. Obedite pre-
positis vestris, & subiacete eis. Item Epist.
ad Titum c. iii. Admone illos Principibus,
& Potestatibus subditos esse, dicto obedi-
re. Hac obedientia, hicque honor non exterior
tantum obsequio nititur, sed obligationem
preterea importat, redditus, tributa, vectigalia
ad Regis, & Principatus, seu Reipubli-
ca conservationem necessaria, solvendi, ut
idem S. Paulus admonet Epist. ad Rom. cap.
xiii. Reddite omnibus debita; cui tributum,
tributum; cui vectigal, vectigal. Obedire
quæque tenentur subditi Principibus, ipsos
ad bella necessaria, & iusta mittentibus.
Neque ab obedientia, honore, & reverentia

ex-

DISS. UNIC. DE HON. PAR.

157

excusantur subditi, quod improbi sunt, & sce-
lesti eorum Principes. Dicit enim D. Petrus
Epist. I. cap. 11. Servi subditi estate in omni
timore dominis, non tantum bonis, & mode-
stis, sed etiam difficultis. Ita Principibus, que
principiant, spectanda sunt. Si iusta precri-
bunt, & utilia bono communia Reipublicæ,
parendum est ipsi, five boni sunt, five mali:
quoniam illorum bonitas, aut malitia, tun
illorum perfonas affectus, nec communitatit no-
net. Hac autem obedientia necessaria est ad
publicam tranquillitatem. Ordo rerum non
modo in naturalibus causis, verum etiam in
civili regime necessarius est. Talis autem
est rerum ordo, ut intimi superioribus, supe-
rioribus obtemperent. Ordinem hunc
non auferi, sed firmat lex evangelica, ut scilicet
Angelicus docet 2. q. cix. art. 6. Fides
Christi ex iustitia principium, & causa, se-
cundum illum Rom. 11. Iustitia Dei per fi-
dem Iesu Christi. Et ideo per fidem Iesu
Christi non tollitur ordo iustitiae, sed magis
maturatur. Ordo autem iustitiae requirit in inferioris
suis superioribus obedientiam: alter enim non
potest humanorum rerum status conservari. Et
ideo perfidus Christi non excusat fedes quin
Principibus facultatibus obedire tenuerat.

CAPUT XV.

De servorum erga dominos obligacione.

I. Primum omnium varia servitatis gene-
ra distinguitur. Triplex est servitus gene-
rata communis Doctorum placitum, naturalis,
legalis, conductoria. Naturalis ea est
qua voluntaria, deditione imbecilliores igno-
biliore subiiciuntur nobilioribus, atque
fortioribus viris, ut ab his gubernent, &
regantur, illigite obedientiam, & famulatum
spondent, repudiunt. Legalis, seu civilis
ea est qua legibus introducta est, & qua ho-
mines subiiciuntur dominis in eorum utilita-
tem, & commodum. Conductitia est ea
qua homines conducuntur ad certas operas fa-
ciendas. Prima servitatis nullum ius in per-
sonam, aut actions importat. Secunda et con-
traria rum in personam, tum in actions iure
potitur. Tertia nullum affert ius in per-
sonam, sed in operas tantum, & functiones
quædam exhibendas.

II. Servitus legalis multiplici titulo inven-
ta est. Primo iure gentium ad temperandum
belli furorem. Iure gentium bellum hoties occi-
piuntur. Porro, ut hominum vita, quoad
fieri posset, confutetur, cautum est in he-

mines bello capti servarentur ad vitam, sed
victori subiecti manerent. Primus ergo ti-
tulus quo haec servitus contrahi potest, est
ipsi bellis, secundus venditio, tertio nativitas,
quartus crimen.

III. Qui iusto bello capiuntur, sunt ser-
vitum commutatur. Licitia est haec servitus,
ut ex pluribus Scriptura lancke documentis pa-
tet. D. Paulus I. ad Timotheum cap. vi. Qui-
cumque sunt sub ingo servi, dominos suis o-
mni bono dignos arbitrantur, et nomen Domini
& doctrina blasphemetur. Similiter habet
I. ad Corin. vi. ad Coloss. III. & aliis. Quod
etiam colligitur ex cap. XI. quis servum XVII.
quæst. IV. Ignoti qui iusto bello capiuntur,
iure gentium servi sunt, ut patet ex Trans-
fugam ff. ac acquirend. rer. dom. §. Item ea,
ubi haec habentur: Quia ab hostiis capiuntur,
iure gentium usq[ue] sunt, ideo ut liberi ho-
mines in servitatem nostram redigantur. Se-
cundus, si bellum sit iniuriam. Si vero bellum
ambiguum fuerit, aggressores servi sunt, si
capiantur; fecus qui le defendunt. Si tamen
conspicat potest belli iustitiam stare a parte
aggressorum, tum capti liberi evaderent. In-
fanteri innocentes in bello iusto capi servi
sunt. Occidi licite non possunt; sed illorum
servitus iulta est. Eorum quippe libertas in-
ter bona vieti Principis reputatur. Quapropter
cum licitum sit in iusto bello bonus ex-
polare inimicum, scitum quoque erit innoc-
entes, quemadmodum & fontes, in servitu-
tem redigere.

IV. Alter ramen de Christianis dicendum.
In iusto bello capti captivi sunt, ut ob-
fides detinentur, donec aut pecunia iohura,
aut pace mutua facta, & libertatem reli-
quantur. Si tamen superpetas, armaque pre-
berent infidelibus in Christianis belligerantes,
non fecerint asseclas, servi sunt: ut colli-
gitur ex cap. Ad liberandum de Iudeis. Item
Christiani ab infidelibus iusto bello capti,
illosum servitum iure sunt. Advertendum
tamen, quod bellum sit revera iustum. Nam
bellum puto Turcaram, Maurorum, ut plu-
rimum iniustum est: terras etenim Christiano-
rum vi, & fraude, aliquæ iniquis modis
invaserunt, & iuste retinunt. Si in eni-
modi bello Christiani capiantur, hinc fugere
valent, quia iure servi non sunt. Ita Cale-
tanus 2. 2. qu. lxvi. art. 8. Valentia Tom. II.
dis. v. g. x. punct. 6. Leander dis. 1. g. XI.
& plures alii. Dum Christiani servi fugient
a Turcis, Saracenicisque, minime licitum illis
est infidelium bona furari. Tantum dumta-
xat

xat surripere eisdem valent licite, quantum necessarium est ad alendam fuga vitam: quia tum in extrema, seu quasi extrema necessitate reputantur: quo in casu non solum a dominis, verum etiam a quibusque necessariis alimenta surripere valent. Scio, plures Theologos, Caetanum, Molinam, Lefsum, Leandrum, & alios docere, prefatis servis licitum esse, quanta possunt, bona dominis infidelibus surripere, eo quod cuncta christianorum Principium voluntate compensationem exercent dannorum que in iunctu belli dicti infideles inferunt Christianis; id que confirmare exemplum populi Israelis, cui Dominus Deus dixit, *Exodi cap. xi.* ut afferret Aegypti vata argentea & aurea. At, quod Theologi, aliquo graves, hanc sententiam doceant, non propterea ea mihi lecera evadit. Exemplum Israelitarum non videtur ad rem. Expresso quippe Deus, qui abfolitus totius mundi dominus est, Israelitis bonorum translationem-precepit. Abfale illo pecuniaru mandato crimen furi perpetrauerunt Iudei. Simile ergo mandatum Dei ex profundi nobis ostendit. Autors isti; & cum illis affectuerunt, ligere servis bona domini non infidelibus surripere.

V. Quæst. I. *Servi iusto bello capti, five christiani, five infideles, licite non arrisperfugam satent?* Relp. Negant plures gravem Theologi. Navarrus in *Man. cap. xvii. n. 103.* Aragon. 2. 2. tract. de dom. quæst. de obiecto dominii. Molina *Tom. I. disp. xxviii. n. 1.* aliquo plures, quibus accedere videtur S. Antonius *III. Pant. cap. vi. §. 4.* Eorum ratio est, quia capti bello iusto, five Christiani sint, five infideles, revera efficiuntur servi dominorum: ergo fugientes, invitis dominis, peccant. Qui enim alterum iusto dominio privat, eo invito, peccat. Domini iusto pollet in servos suos dominio. Ergo servi sua fuga spoliante suos dominos dominio quo fruuntur, peccant peccato iniustitia.

VI. Altera sententia oppositum sustinet hac ratione. Ius gentium, vi cuius inventa haec servitus est, non alter acceptatum fuit, nisi haec adieta conditione, ut cuique liberum sit fugam, si possit, arriperre. Et in huius re confirmatione varias allegant leges. In infinito, re. *dil. §. Item ea que de hostiis, haec habentur:* *Liberi homines capti bello iusto in servitutem nostram reducantur; qui tamen, se exasperaverint, ad fugam reseruit fuerint, pristinum statum recipiant.* Similia leguntur loc. 23. tit. 29. p. 3. Accedit praxis universalis, & mutua nationum con-

sensu. Ex Historia Romana captivos illos transfigas ponitus legimus quia iuramento se oblinixerant redendum ad dominos suos. Ceterum nullibi legimus aliquem captivorum damnatum, eo quod & servitutem vinculis evaserit. Hanc secundam sententiam defendunt. Dominicus Soto *Lib. IV. de iust. qu. 11. art. 2.* Covarruvias *Reg. peccatum P. II. §. 11. n. 5.* Angles in *flor. II. P. qu. de dom. diff. 4. art. 2.* Salom. 2. qu. IIII. de dom. art. 1. Beanz. 2. 2. qu. XI. art. 1. dub. penult. Ludovicus Lopez *P. II. infruct. cap. IIII. Sanchez Lib. I. Conf. cap. 1. dub. 6. n. 3.* Valentia *Tom. III. disp. IIII. qu. XVI. punct. 3.* Cardinalis de Lugo *de iust. disp. vi. sett. 3. n. 21.* Lefsum *Lib. II. cap. v. dub. 5. n. 24.* Prado *Tom. II. cap. XXI. qu. II. de dom. n. 17.* Leander *disp. 1. qu. XV.* & alijs phras: qui ad argumenta prioris sententie respondent, captos in bello eligi servos, sed hac conditione, ut fugere, si possint, iustum licet. Advertunt tamen, tunc solum licitam fugam esse, quando eo ut recipere servi valeant, ubi liberi sint, ut est propria patria, aut locus alicuius non subiectus hostium dominio. Aliquot ad dominos suos attinent, servique remanent, donec pvererent vel ad domesticos lares, vel ad alium Principatum ab hostium dominio exemplum. Idem dicendum de servis vernaculis, filiis servorum iusto bello capti: quia non minus dominum habent viatores in his quam in eorumdem matres. Si ergo matribus licita fuga est, potior iure licita erit filii. Fugere pariter licite possunt servi, si a dominis cogantur peccare contra propriam legem. Hinc consequitur peccare dominos, si servis in fuga reprehensum pedem amputari faciant in fuga arreptos ponam.

VII. Quæst. II. *Injuria non est servitus titulus venditionis?* Relp. Quicquid sit libertatis dominus est. Ergo eam vendere potest. Plurima adducunt exempla factiorum hominum, ut S. Paulini, & aliorum, qui ob servientem in Deum, & proximum caritatem se le vendiderunt. Hanc sententiam docent communiter omnes. Necessaria tamen est gravis & urgens cauila, ut licite quis se in servum vendere queat: aliquo peccaret, si ex genio, nullaque necessitate tantum bonum, quale libertas est, prodigeret. Quapropter nemini licitum est servitum lucrari cauila vendere. Multo minus potest patet alium vendere, ut lucrum percipiat. Si autem extrema fame laboraret pater, tunc poterit servum vendere; minime vero mater: quia filius est sub patria potestate. Iure tamen Catæreo nominata-

con-

DISS. UNIC. DE HON. PAR.

159

conditions adiectae sunt, ut licita & valida sit venditio. Scilicet primo, ut qui vendit, non sit minor viginti annis. Secundo, ut qui vendit, ab alio, particeps de pretio. Tertio, ut venditus sciat se liberum esse. Quarto, ut qui veat alium, sciat enidem liberum esse. Sed haec conditions non altingunt, ubi ius Catæreum receptum non est.

VIII. Quæst. III. *Licitum ne est emere eum qui erga te causa te vendit?* Relp. Si vendens seipsum bona habeat, aut præstantia, aut futura, licita est emptio; secus, si nulla bona habeat. Si bonus omnibus delitus, & in extrema necessitate reperatur, ita ut ne causus a domino sit, nisi redimatur, tunc elemosynæ preceptum urget, & gratis redimendus est.

IX. Quæst. IV. *Qui a se, vel a parentibus legitime venditus est, potest ne licite fugere?* Relp. Negant omnes: quia servi facti sunt contractu legitimo. Initiantur ergo committerent, si contractum iustum violarent.

X. Quæst. V. *Nativitas ne est legitimus servitutis titulus?* Relp. Adfirmant omnes: Quando filius nascitur ex matre serva, etiam si liber patre sit, etiam si ex illegitimo matrimonio natus, servus efficitur: quia filius sequitur conditionem ventris. Sic habetur in I. Servi. *fi. de statu hom.* Requiritur tamen ut conceptus, & partus sit servitutis tempore. Alioquin, si conceptus a matre liberta, aut ab eadem editus fuerit tempore libertatis, servus non efficitur. Quare Azorius *P. II. Lib. II. cap. xxxi. qu. 1.* hoc ex Paulo Iureconsulto adiicit. Si serva conceperit, & postea manu militia peperit, liberum parvus: id enim favor libertatis exposcit. Si libera conceperit, & ancilla facta peperit, liberum parvus: id enim favor libertatis exposcit. Si ancilla conceperit, & medio tempore manu militia sit, & rursus facta ancilla peperit, liberum parvus, media eam tempore libertatis prodest, non etiam noverit posse. Ubi tamen nulla lex, aut confitudo obrineret de prolis servitute, fatis est quod mater serva sit pars tempore, ut filius servus evadat.

XI. Quæst. VI. *Quodnam crimen est servitus iustus titulus?* Relp. Sic ut leges ob gravia flagitia ultimo supplicio reos plectant; ita eadem ratione ob certa crimina libertate reos privant. Ea porro delicta sufficient ad servitutem que lati sunt ad extreman subdandum ponam, aut perpetuum carcere. Crimina vero quibus in iure servitudo debetur, plures sunt. Nam cap. de Iudeis, & Sarac. decernitur, Christianos deferentes arma ad

Turcas & infideles, servos fieri illorum Christianorum qui eisdem capiunt. Et in cap. Eos qui dicitur. *xxxii.* Principibus christianis potestas conceditur redigendi in servitutem eos qui matrimonium contraxerint, cum essent in facili ordinibus constituti. Et cap. *Cum multe xv. qu. vii.* statuitur, filios ex euilimodii facrilegii nupis natos, levros offici illius Ecclesiæ cui addicctus initatus erat. Aliis legibus est lanicum, liberos servos fieri illius domini cui post manumissionem fuerint ingredi. Item raptore virginum vim pax, servituti esse subjectos statuitur. Ita autem qui ob flagitia iusta sententia sunt serviti, nequeunt licite fugere. Addunt tamen aliqui Theologi licitam esse fugam, si servitus sit adeo severa, & dura, ut vita infra pericula gravi obnoxia sit: quemadmodum iuste damnum ad tristes licite fugere potest. Si autem haec secunda fuga licita sit, cur non & prima? Si iura absolute spectentur, non occurrit ratio que fudeat licitam euilimodii fugam. Si porro qualiter tacitus contentus Principum, & Republibus attendatur, probabilitate non caret data opinio.

XII. Quæst. VII. *Servorum vita, & mors est ne in dominorum arbitrio constituta?* Relp. Explicatis variis servitutis generibus, illud nunc in disputationem venit, quoniam dominio potiuntur domini in servos suos. Ad propositum quædam communiter Theologi respondunt, dominos nequam habere ins ad vitam, & necem servorum: quoniam etiam imperium fibi Deus reservavit, quia ipsa solis vita, & mortis dominus est. Republica potest utique concedere tales ius, si bonum publicum id exigat. Romanis licita erat servorum occidere. Verum, quia levissimas ob causulas domini vitam levius eripiebant, legibus coercita fuit illorum potestas sub Antonino, & Iulianiano Imperatoribus: ut colligatur *fi. de iust. de his qui sunt sui, vel alieni iuris.* Quare nunc non licet dominis vel militare, vel pena atrocis punire servos suos. Possunt tamen eos moderate punire ad correctionem. Si timent illorum fugam, possunt eos in facie signare; dummodo moderamine adhibito id fiat. Valenti eos in carcere clausos detinere, ne fugiant, & ut ob admista gravis delicta puniantur. In exilium perpetuum nequeunt eos excire, quod haec pena supradicti potestati referuntur sit.

XIII. Quæst. VIII. *Dominus occidens servum, tentat ne aliquid reficiere interficiere?* Relp. Negat Leander *disp. II. q. xi.* ubi plures laudat pro sua sententia. Ra-

tio

tio est, quia dominus occidens servum, nec peccato homicidii, nulli tamen iniuriant facit, nisi sibi soli. Ergo nemini restituere quidquam tenetor. Addant Autores illis sententias, vitam ablatam servo reparari non posse. Pro bono autem irreparabili nulla fieri debet restitutio.

XIV. Tametsi intentio illuc probabilis absolue fit, nihil tamen falsa est. Convenit namque penes omnes, dominum potestatem seu imperium non habere in servorum vitam, & necem. Vita ergo servi est a domini iurisdictione exempla. Uiae rurum viae, nempe labor, industria, fructus illius, ut ita dicam, fundi ad dominum spectant. Vita bonum est pretio summo digna. Qui bonum hoc eripit, iure repugnante, iustitiam ludit. Ad pro compensationem tenetur. Ratio Leandri, & aliorum, vitam nimis superioris ordinis bonum esse, atque adeo irreparabile, ut ego quidem arbitror, ineptum est. Si reparari nequit ad iurisdictionem, reparanda est ei quo potest meliori modo. Nequa divina offensa, ex peccato gravi illata, reparari ad iurisdictionem valet. Liber ne propter ea penitentes ab ea compensationatione quam seddere valet? Accedit quod servus, quando vivit, capax est manumissionis. Potest enim suis preclaris gefisi, potissimum si viuum, aninique plenus sit, adeo benemerenti de domino, ut manumittatur. Plures occurser modi possunt acquirendi libertatem. At adempta vita, omnis pes cornuit. Praterea vita erptione maximam iniuriam servo dominum introgat, & afflictione summa afficit eisdem conlangueo, & parentes. Hac maxima adversitas omnia iura dominus sui homicidio parit. Ergo ad compenare tenetur iuxta prudentium arbitrium. Ita ego lenito, meliora, & veriora libens auditoris. Qui vero alienum servum occidit, aut membrum evidenter amputat, duplices restitutionis doles obstringunt, & domino feliciter, & servo: quia atriique iniuria inquit, & dannum.

XV. Quest. IX. Tenentur ne domini servis alimenta tum corporalia, tum spiritualia praebere? Resp. Adhincrunt omnes: idque leges statuant de corporalimentis. Alimento rum nomine, ut dictum est alias, victimas, vestitus, & habitus venient. Nullus occurser causus potest in quo dominus eximatus ab onere aliendi servos.

XVI. Idem de alimento spirituali anima dicendum. Quod si hoc seipsum praeferre domini nequeant, curate debent ut a probis ministris imbuantur facrum legum, religionis-

que notitia. Quare peccant domini, si negligentes fuerint in servorum suorum educatione, moribusque formandis. Hoc est doctrina iuris naturali nota, quamque inculcat D. Paulus I. ad Tinet. v. Si quis suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, & si infidele dexter. Quare peccant, & quidem letaliter, domini, si praeferre negligant ut levii christiani addicant divinam fidem rudimenta, si omittant communios mores corrigeant. Quod si periciles levii respicere nolunt, eos domo pellere tenentur, ne domesticos alios inficiant. Servorum matrimonia impedita nequeant, ut colligatur ex cap. Si quis liber xxxix. g. 11. deceduntur, leviros validos, & lecitos matrimonium inire, etiam invitis dominis, si confunditi licentiam recuerint.

XVII. Quest. X. Tenentur ne domini de servis delictis, & contradicibus? Resp. Si servi delinqunt in his que domini iuslo peragunt, domini rationem reddere tenentur; leviros, si peccent in alia contra dominorum voluntatem. Similiter si servorum contradicibus omnibus domini sunt quos iuslo eorumdem servi perficiunt, aut in corudem utilitatem peragunt; leviros, si servi contractus aliquos in proprio commodum. Si domini crudeles, levique in servos deprehendantur, cogendi sunt ut eos vendant.

XVIII. Quest. XI. Competit ne servis adversus dominos actio civilis in foro exteriori? Resp. Plures affliguntur causa ob qua servi domini dicere dominis valent; ut si pecunia sua de redemperint, si dominus tabulas impensis tellamenti in quibus libertas eius dabatur, si servi maneflavent dominorum criminia in patriam, in Principem.

XIX. Quest. XII. Quemam est servorum erga dominos obligatio? Resp. Honorable dominos, non modo probos, verum etiam improbos, servi debent, ut admonet S. Petrus I. Epist. cap. II. Servi fideliis ejus in omnibus dominis, non tantum bonis & modeis, sed etiam discolis. Eisdem obediunt tenentur, quemadmodum filii parentibus, in omnibus que legi naturali, divina, vel ecclesiastica non repugnant. Aliquando tamen praeceperat Principium, aut Ecclesia non ita leviter obligavit, ut omitti nequeant obolegium patrum, ut servis exponere propriam vitam pro dominis defensione. Opus tamen est ut defensio facta sit, & necessaria. Nam scilicet conducti a dominis ad iniurias, odiisque privata foventa, ad vindictas, & homicidia perpetranda, gravissime peccant; aque tenentur iusta pacta recindere, & ab illo-

pro

pro qua sententia laudat P. Sanchez. Verum opinionem hanc, ut falsum nimisunque laxam, alii reprobavimus. Fatentur adverdiant, comitacum hunc noxiun esse, & vitiosum; & ipsi contendunt servorum commodo, & utilitate honestam, licetumque fieri. Qua ratio futilis est, & christiana. Theologia adverfa. Sed, cum alibi hoc ostentant sit, & ea item agenda non sunt.

XI. Quest. XIII. Servi in extrema necessitate constituti tenentur ne se priuare necessario alimento, ut dominis ealem necessitatem presso illud subministrant? Resp. Adhincrunt Navarros: quia dominum quaquam rerum ad servos spescentem est pessus dominum. Dominus quippe servi capaces non sunt. Igitur, cum semper res ad dominum suum claret, consequtitur alimenta praebenda esse domino extreme indigentem etiam si fame perire debet servus.

XII. Contraria sententia mihi est probabilior. In extrema necessitate iure natura bona communia sunt. Leges civiles, que servis dominum admittunt, minime obligant, dum ius naturae aliud habet. Dominus itaque alimento suum levum, extrema labores fame: idcirco prius sibi quam dominis propisciendum. Si tamen dominus vir est Reipublicae utilis, si Rex est, aut Princeps; tunc ordo caritatis polularum ut servos dei bonum commune preferat vite sua domini vitam: quia enim sunt altioris ordinis, antepositi sunt deinceps quod inferiore ordinem spectant. Tamen autem commune altioris ordinis quam bonum privatum.

XII. Debent etiam servi dominos suos defendere. Numquid pericula vita propria? Dilegundum. Si domini tenere pericula amittendae vita subeant, ad nihil servi tenentur. Si pericula sicut necessaria, debent servi pugnare pro dominis. Verum, si gravissimum sit propria vita amittendae pericula, tunc non videtur servus aditringi: iactare propria vita, ut dominum servet; quia, ut dictum est, propria vita preferri debet vita alterius. Si tamen servus exprelio pacto conductus ester ad defendendum dominum, etiam cum propria vita pericula; tunc famulus aditringit etiam exponere propriam vitam pro dominis defensione. Opus tamen est ut defensio facta sit, & necessaria. Nam scilicet conducti a dominis ad iniurias, odiisque privata foventa, ad vindictas, & homicidia perpetranda, gravissime peccant; aque tenentur iusta pacta recindere, & ab illo-

Catech. Theol. Tom. IV.

XXIV. Quest. XV. Tenentur ne servi res dominorum conservare? Resp. Adhincrunt omnes. Disputant solum de onere restitutions. Plures in hoc distinguunt duo famulorum genera. Primum est illorum quibus dominus cura cultus valorum, pecuniarum &c. Hos ad restitutions teneri affirmant, si ob eorum gravem negligientiam bona dominorum furto sublata fuerint a furibus, tam domestici, quam extranei. Secundum genus est illorum qui ad invigilandum rebus domesticis non sunt conducti. Hi tenentur ad restitutions, si cum possint, negligentem impedire furta extraneorum; tunc si non impedita furta dome sticorum.

XXV. Restitutio, onus gravissimum est: quod hominum cervicibus imponi non debet, nisi liquidam, exploratunque sit debitum. Famuli igitur quorum cultus bona domestica demandatur, dubio procul ad restitutions tenentur, si negligenter impedit furta corundem bonorum; quin communiter tali expresso patre illis a domino bona traduntur. Alios vero famulos, quid extranea servitia conduciunt, traduntur, non video evidentem rationem eum tenentur ad restitutions, nisi praeveniant aliquam pacta inter eosdem & dominos. Tamen peccant gravissime contra caritatem, si valentes impedita furta, idipsum omittent.

XXVI. Quest. XVI. Peccant ne servi furnantes bona dominis suis, ut rescibaris &c.? Resp. Si furentur bona in quantitate gravi, dubio procul peccant mortaliter, & ad restitutions tenentur. De furis ciborum distinguendum. Si dominus avarus sit, omittat que ministrare servis suis congrua alimenta; tunc servus non peccabit, si tantum furentur, quanta sati sit congrua iporum sufficiencia. Idem de velfitu dicendum: si hunc quoque preberet dominus debeat, & praeferre omittat ob avaritiam. Contra, si furentur, ut ingluvi, comedantibus, ludique indulgent, si splendidius, quam ferat servo conditio, le fe induant; tunc certe peccant, & ad restitutions tenentur. Item, quando mos est ut servis certa congrua mensura ciborum tributatur, si hac accepta, servi quidquam ciborum furentur, invitis dominis, peccant pro quantitate materie, & ad restitutions addringuntur. Circa quantitatem gravem furti alibi dicetur. Quod maior quantitas requiratur in seruo furentur ad peccandum letaliter, ut plures contendunt,

L mon

non est res certa. Admitto, frequenter in servis a latitum aliquorum rerum furum non esse, quamvis id furum esset in extraneo. At femei posito quod servi revera committant furum res domini accipiendo, non video cur maior in illis quam in aliis quantitas requiratur ad constitutendum peccatum mortale.

XXVII. Quæst. XVII. *Uermi quidquid acquirit servus, acquirat domino?* Rcp. Dominicus Soto. *Lib. IV. de iust. quæst. 11. art. 2.* cum aliis distinguit servos emptitios, qui se vendiderunt, & servi bello iulio capti. Primit omnes dominum admittit; & quidquid acquirunt, five ludo, five donatione, five alio titulo, domino eos acquirere docet. Secus secundi. Hec dilittatio arbitriata est, nulla lega fulta; immo legibus expresse contraria. Quare communis sententia statuit, servi, tamen emptitios, quam bello iulio capti, nihil petitus sibi, sed omnia acquirere dominis. Id clare colligitur ex legibus tum civilibus, tum ecclesiasticis; qua nulla facta servorum dilittatione, omni delitio domino servos declarant. Monachis servi comparat Innocentius IV. cap. *Cum olim 2. de Privil. Servum, & Monachum in eo esse pares* (inquit) *quod neuer alienus rei dominum habet*. Monachus autem nullus dominum capacem esse contat. Ergo quemadmodum quidquid acquirit Monachus, acquirit Monasterio; sic quidquid acquirit servus, acquirit domino. Accedit, servorum tum effusus iurisdictio dominorum quantum ad omnes operas, labores, & fructus. Porro qui eti dominis soli, potiori iure dominus est eorum quod volum confequantur. Bona que servi acquirunt, sunt confessarium, & afferitorum principialis fortis, seu vita eorum, in quam dominus iuri potiuntur. Ita docent D. Thomas 2. 2. quæst. XXXII. art. 8. ad. 3. Abulensis cap. vi. in *Math. quæst. lvi.* Sylvester verb. *Donatio. Azorius. II. Part. Libr. II. cap. XXXVI.* Lugo *Libr. I. de iust. disput. 111. scilicet 3. n. 45.* Salmanticenses tract. *xxiv. cap. unic. punct. 7. num. 121.* aliquie.

XXVIII. Animadversum tamen arbitror, servi non ita comparari. Monachis in rerum domino, ut sint omnino pares, siue credunt non pauci. Calvifrons, putantes tantum pecunia ludere, & expendere posse. Monachis, quantum servi: quod abundat a vero. Servi ergo in pluribus differunt a Monachis. Et primo aliquarum servorum servi dominum acquirere valent, nemine fere refragante. Nam, si a dominis multentur, atrociiter persecutantur, congruis alimentis de-

fraudentur, ius habent ut refaciantur; dominique tenentur praefata mala compendare. Ratio est, quia domini ius non habet, ut vivant, membra, aut famam servorum. Unde, si eos in his lardum, ad restituitionem tenentur. Si autem restituitione adstriciti domini sunt, ut communiter fatentur omnes: ergo servi ius habent ea recipendi. Pariter si dominus aliquid servu doner, dominium redata in servum transire videtur. Potest dominus donare: potest servus accipere. Leges qua declarant, dominio carcere servi, in favorem dominum id faciunt. Ergo, quoties domini huic favori, & privilegio renuntiant, toties servi ius primitum acquirunt. Nonne domini manumittere servi valent? Ergo potiori iure, eidem aliquo donare, cum eidem pacisci, & contractus inter possint. Non ita ergo levius de servorum, ac de Monachorum dominio lentendum est. Leges Thomae Hurtadum *refut. mor. part. 11. tract. VIII. cap. x. refut. 97.* & apud ipsum Sanchez, Molinam, & alios, qui in pluribus calibus servi dominum tribuent. Nec ipsi repugno: quoniam leges civiles non ita rigide sunt interpretandae in conspicua iuriis nature, vi cuius liber est quilibet homo a servitate alterius. Quare nobis minime placet opinio *Salmanticensium, Lagonis, & aliorum*, qui servi Monachis omnino comparant in rerum domino: hoc enim aperit fallum confemus. Nam certum est servum, contentiente domino, ludere, & acquirere sibi bona posse; leuis Monachum, etiam contentiente Prelato. Accedit servum, citatis Auctoribus patentibus, acquirere pecunias posse ad se redimendum pluribus titulis, ut habent *I. i. ff. de officio Profecti urbis, & I. Vix ff. de iudicio*. Primo, si servus donec pecunias accipiat ea conditio, ut se redimatur. Deinde, si peculium dominus donet, eodem se redimere valer. Tertio, si testator aliquis heredi suo omni imponat, si servum quicquam residat. Tandem servi alimentorum, que definita mensura a domino tribuantur, quidquid parsus vivendo reservare sibi, & vendere possint: arque tunc illius pretii domini sunt. Ex quibus omnibus inferunt, servi in pluribus a Monachis etiam quoad rerum dominum differe. Quia haecens dicta sunt, defendant Molina disput. *xxxviii. Sanchez. Libr. I. conf. cap. 1. dub. 1. n. 10.* Lefluis *Libr. II. cap. iv. dub. 4.* Fagundes *Libr. VII. In Decad. cap. XIII. num. 3.* Leander *disput. IV. quæst. XVIII.* & plures alii penes ipsum.

XXIX. Quæst. XVIII. *Ancilla, eorum que*

qui recipit ab amofo, acquirit ne dominum? Rcp. Negant Autiores prioris sententie ob rationes adductas. Sed contra opinio probabilior est. Quoniam ulti illicet corporis mulieribus non cadit sub dominum dominis: ergo quæ ancilla mulier tali iuri recipit, fibi, non domino, compatar. Ita docent Sanchez *Libr. I. conf. cap. 1. dub. 1. num. 8.* Leander *disput. III. quæst. 6.* Bonacina *de contract. disput. III. q. VII. punct. 4. n. 13.* alioque. Hinc sumptus quos dominus in curam agroti famili impedit, exigere ab eodem valet. Communiter tamen docent Autiores, dominum teneri lege caritatis ad ea alimenta praeflantia famulo quæ eidem præberet, si fanus esset. Potest etiam dominus ad hospitale mittere famu'm, ut curretur. Caribatis tamen lex uget ut famulis indigentibus potius quam alio provideatur.

XXX. Quæst. XIX. *Cuius sunt bona que habebat servus ante captivitatem, quæque post mortem relinquit?* Rcp. Que ante captivitatem habebat servus in patria, aut alibi, servo remanent, eiutique hereditum; quæ lecum habebat, domini sunt. Qui enim in servitatem redigitur, in domini ius transit cum omnibus que lecum habet. Neque enim solum corpus a viatore capti, led corpus cum omnibus rebus eidem annexis. Ea bona vero quæ post mortem servus relinquit, si dominum illorum servus habebat, quia illa iussi titulus, ut parfornia, ludo, donatione, hereditate, acquisiterat, non sunt domini, sed hereditum servi: atque de iis testari servus valer. Bona vero quorum utrum revocabilem servi habebant, domini sunt.

CAPUT XVI.

De obligatione dominorum erga famulos, & iſorum erga dominos.

I. Praeter servitutem civiliem, & legalem, datur altera que, ut dictum est, appellatur *condicuita*. Hec famulorum est qui ad certum tempus opera suis locani alii, iutio premo pacto. Vulgo etiam illi vocantur servi; sed ab aliis liberi sunt. Differunt ab operariis: quia hi in dies labores suos locant ad certa opera peragenda; famuli autem obsequium, & servitum locant ad quodcumque operis genus. Verum hac levia sunt.

II. Quæst. I. *An iustum salarium tribuere famulū domini debent tum sanis, tum infirmis?* Rcp. De cura dominorum in famulos, ex iis que dicta sunt de dominis in servos, patet. Salarium iustum laboribus respondens debenti famulū, adhuc sunt omnes. Disputant vero, num solvendum sit etiam famulū regrantibus? Aliut plures Iurifonsi; sed negant communiter Theologii: quia in promissione aboluta excipiuntur calus fortuiti. Famulus locavit industriam suam ad annum integrum. Si infirmatur, per ipsum fiat, ta-

meti abfus culpa, ne operari suam praefret. Ita docent Salmanticenses tract. *xxiv. cap. unic. punct. 7. §. 3. num. 133.* Leander *disput. v. quæst. IV.* Azorius *II. Part. Libr. II. cap. XXXIX. q. VI.* Bonacina *de contract. disput. III. q. VII. punct. 4. n. 13.* alioque. Hinc sumptus quos dominus in curam agroti famili impedit, exigere ab eodem valet. Communiter tamen docent Autiores, dominum teneri lege caritatis ad ea alimenta praeflantia famulo quæ eidem præberet, si fanus esset. Potest etiam dominus ad hospitale mittere famu'm, ut curretur. Caribatis tamen lex uget ut famulis indigentibus potius quam alio provideatur.

III. Quæst. II. *Si famulus qui locavit operas suas ad annum, expleto tempore, sua sponte discedat, tenetur ne illi dominus dimidiat annu[m] mercede solvere?* Rcp. Negantem opinionem defendunt plures Iurifonsi. Et qui dimidio in foro exteriori famili parens famili qui abgue dominorum culpa recedunt a servitio, plenariter mercede privatione. In foro autem interiori Theologi dilinguntur. Si dominus grave dannum patiatur ob discessum famuli, liberum volunt a mercede solutione. Si vero nullum grave detrimentum dominus subeat, Salmanticenses loc. cit. §. 3. num. 132 cum Azorius, alioque docent, non esse solvendum integrum illius dimidiat anni mercedem, sed paulo minore arbitrio prudentis viri.

IV. Probabilior nobis sententia est, dominos, dummodo notabile detrimentum passi non fuerint ex famuli discessu, debere illi integrum mediū anni mercedem solvere, iure naturae spectato. Quoniam integris lex manifestat: famulus lucratus est mercedem suam; & dominus re ipsa commodum, atque utilitatem serviti prestat expertus est. Ergo vi iustitiae naturalis famulus habet ius ad mercedem ob labores exstantes accipendi; & dominus debito solutionis adstringitur ob componendum, & utilitatem perceptam. Forum exterum aliquando ob presumptiōnē malitia famularum, & ob civilis commercii, & societatis conservationem alias penas constituit, prout magis ad prefatum finem expediens iudicat. Non propterera, tamen licet semper in foro interiori quod licet in foro exteriori, ut fulsis suo loco dicam. Hanc opinionem defendunt plures, Valquez opif. de refut. cap. v. dub. 10. num. 57. Lugo de iust. *Part. II. dis. xxix. fed. 3.* Leander *disput. V. quæst. XXX.* & penes eundem Diana, Fagundez, Baffaus, Bonacina, Rebillus, alioque.

V. Quæst. III. *Dominus debet ne solvere*

falsas

salarium famulo qui operas suas eidem locavit, nulla mercede pacta? Relp. Distinguunt Salmanticenses loc. cit. n. 135. Si dominus miles famulos conducere soleat, tenetur iustitia consuetamque mercedem solvere; coque non solvente, contendunt, famulum posse, ne dum illam exigere, verum etiam occulere se compensare. Secus vero, si domini non consuecant conducere famulos; ut accidit, quando Episcopi, & Nobiles pueros accepimus importunis parentum preibus ad proprium servitium, quibus vicium, velutrum, habitationemque tribuere, nulla mercede pacta, solent. Verum illi iuxta communem existimationem non habent rationem famulorum; nec illi communiter pro mercede iuveniunt. Num autem fermo est de veris famulis, qui reipublicam operas suas, & ut veri famuli servitia, & obsequia praefant, nullo pacto salario. Omni igitur distinctione, & controversia separata, ius naturae spectandum est; & pro quantitate laboris, ac servitia præfanti tantudem pretio repandendum est.

VII. Quæst. IV. Est ne aliqua mensura iu-
bie mercede solvendæ famulū? Relp. Non alia mensura, seu regula iusta mercedis affi-
gnari potest, nisi communis praxis, & con-
sueto, iuxta quam communiter illius loci
famuli locant operas suas. Aliqui contendunt,
in iunctum esse pretium illud quod non sufficit
ad vicium, & velutrum famuli. Sed fallax
omnino est regula isthac. Quantitas merce-
dis maioris, aut minoris pender potius a ma-
iori, vel minori habilitate famuli: qui quo
plus laborat, maiusque commodum, & utili-
vatum afferit domino, eo maiorem meretur
mercedem. Sed neque hac major habilitas
severe attendenda est: aliquo plus diffida
& lites occurserent; & quicque se altero ha-
biliorem reputaret. Communis ergo praxis
servanda, ad conscientiam quod attinet.
Quod vero rem domesticam spectat, quicque
suppetat ratione potest, & colligere, quid
sui interfit, an famulus capacior, fortior, di-
ligentior cum maiori mercede conducendus;
an alter conducendus minori pretio, sed mi-
nus quoque aptus ad servitiam praefanda.

VIII. Quæst. V. Si dominus conductat minori
mercede quam infima famulū, tenetur ne ad
refutacionem? Relp. Sicut in quolibet con-
tractu servanda est mensura iusti pretii, ita
quoque in contractu conditionis famulorum.
Tria distinguuntur pretia, supremum, me-
dium, infimum. Hac tria pretia iusta repu-
tantur; iuncta vero illa que ut supremum
excedunt, aut infimum non attingunt. Quan-

do ergo dominus taxat mercedem famulo con-
ducto infra limites infimi pretii; absolute loquen-
do tenetur restituere quantum satis sit ad con-
stituendam mercedem intra limites iusti pretii
falsum infimi. Spectanda tamen sunt circum-
stantiae. Nam famulus potest, si velit, gra-
tias inservire domino. Potest sponte & libere
in mercedem infima minorem consentire,
eamque in pacifice deducere. Hoc absolute
vera sunt. Ceterum, quia in praxi vix unus
inter famulos reperiatur qui libere consentiat
in mercedem minima inferiori, deinde com-
munitus domini ad restituitionem tenentur,
dum mercedem famulo taxare iunctum, seu
infima conlecta minorem. Nec valet ex-
clusio, quod famuli libere conferenter in eius-
modi mercedem: quia corum confessio libera
minime est, sed coacta. Necesse est enim
urgente pacientur famuli talem mercedem.
Ex necessitate autem famulorum, communi-
cum reportare licet nequeunt dominis.

VIII. Quæst. VI. Dominus qui abique iu-
bia causa famulū, conductum ad annum,
ante complectum annum expellit, tenetur ne
integrali ei mercedem solvere? Relp. Adfir-
mant omnes: quia tunc per famulum non
stat quin integro anno serviat, & extali ex-
pulsione grave nocentum patitur. Quid,
si famulus continuo inveniret alium domi-
num, nihilque detrimenti subiret? Semper
dominus peccaret inutiliter peccato, sine cau-
sa famulū expellendo. Et P. Molina dis-
ceccet, etiam in hoc casu adiudicatum afferit
dominum ad integralē solvendam mercedem
in penam peccati. Quin subdit, famulū iu-
iuste nullum minimum obligatum esse ad redi-
endum, ut impletat præsumit tempus.
Sententia Molinæ subserbit aliis, qui leges
adducunt id flatuentes. Deciso absolute certa
vix affignari potest respectu restituitionis, &
solutions pretii. Circumstantiae, & donna
quibus famuli subiunguntur ex tali expulsione,
insuper causa ob quas famuli expellantur,
spectanda sunt. Si enim abique ultra rationa-
bilis causa famuli eiciantur, non video cur
abolvi ab integra mercede, & dannorum
compensatione domini valeant. Frater Mo-
linam laudatam opinionem docent Azorius
III. Part. Lib. VIII. de locato cap. XIII.
quæst. v. Rebello Part. II. Lib. XIV. quæst.
XIII. num. 16. Fagundez Lib. IV. cap. xv.
no. 20. Escobarus tract. IIII. num. 33. Lessius
Lib. II. cap. xxiv. dub. 2. num. 8. Leander
cap. unic. q. XXVI. Salmanticensis tract.
XXIV. cap. unic. punct. 7. num. 15. & alii
apud ipsos.

IX.

IX. Quæst. VII. Peccant ne domini, si
impediant ne famuli matrimonium contrahant?
Relp. Adfirmat omnes: quia ea que iure
natura famuli competunt, nequeunt impedi-
re a domino. Diffidum solum est, utrum ser-
vus, matrimonio contracta, teneatur potius
satisfacere uxori quam domino. Nonnulli re-
spondent, nulla facta distinctione, preferen-
dam esse uxori dominum: idque colligunt
ex cap. I. de coniug. servorum. Alii distin-
guunt. Aut matrimonium contractum ei
conlente domino, aut fecus. Si primum,
tunc preferendam esse domino uxori affer-
unt: quia dominus suo confidens in famili
matrimonium cedit iuri tuo. Si autem in-
scio, & invito domino famulus matrimonium
contraxit, tunc uxori anteponendum domi-
num docent: quia ius domini in famulū
prius est iuri uxoris in maritum. Porro iuxta
iuris regulam, qui prior est tempore, potius est
iure. Hec opinio est probabilior, eamque do-
cet D. Th. in suppl. ad III. Part. quæst. Ix.
art. 2. ad 3. Si servus, volente domino, ma-
trimonium contraxerit, tunc debet prætermittre
serviceum domini imperantis, & reddere de-
bitum uxori, quia per hoc quod dominus conce-
dit ut matrimonium servus contraheret, intel-
ligitur ei concejisse omnia que matrimonium
requirit. Si autem matrimonium, ignorante,
vel contradicente domino, est contractum, non
tenetur reddere debitum, sed potius domino ob-
edire, si utrumque simul esse non possit. Sed
tamen in his multa particularia considerari de-
bet, sicut etiam in omnibus humanis actibus,
scilicet periculum cœstatis immensus uxori
& impedimentum quod ex redditione debitis
servitu imperato generatur, & alia huiusmo-
di; quibus omnibus rite pensatis iudicari pot-
est, cui magis servus obedire teneatur, dor-
mino, vel uxori.

LIBER SEPTIMUS IN DECALOGUM.

QUINTUM PRÆCEPTUM TRACTANS,

NON OCCIDES.

DISSERTATIO UNICA.

PROÆMIUM.

VIX quisquam sibi in animo inducere poterit, ut credat, nonnullos recentiores Casui-
flas, qui passim clamant, divinam legem benignam, & suavem esse, tales potuisse
evulgare opiniones, que sevitium præferant, & feritatem. Sanctissima Chirli lex perferte
injurias, & earundem obliuisci, inimici parere, bona pro malis rependere, mundanum
honorē, & terrena omnia propter Dei gloriam contemnere suadet,hortatur, iubet. Nova
benignitas a quibusdam Moralistis invecta, tanti & divitias, & humanam famam zelli-
mat, ut pro istorum conservatione humani sanguinis effusionem licitam honestamque facil-
lime propugnet. Quantum haec recens benignitas cum evangelica caritatis suavitate & le-
nitate pugnat, sequentes propositiones declarabunt.

CAPUT I.

Recentiores propositiones tua quia sunt ab Ecclesiis damnatae, sum quia laxe videntur.
§. I.

Propositiones damnatae a duobus Pontificibus,
Alexandro VII. & Innocentio XI.

I. VIR equites ad duellum provocatus
potest illud acceptare, ne timiditatis
Conc. Theol. Tom. IV.

notam apud alios incurrat. 2. Alexandri VII.

II. Est licitum Religioso, vel Clerico, calu-
minatorum gravia crimina de se, vel de sua
Religione spargere minantem occidere, quando
alius modus defendendi non suppetit, ut sus-
pere non videtur, si calumnatores sit paras vel
ipsi Religioso, vel eius Religioni publice, &
coram gravissimis viris predicta impingere,
nisi occidatur. 17. Alexandri VII.

III.